

1. *Bischof Dietrich (I.) von Naumburg weihet auf Bitten der Gräfin Bertha die Pfarrkirche im Gau (territorium) Zwickau und überweist sie an das Benediktinerkloster Bosau.*

1118 Mai 1, Bosau

*Original verloren, 1598 im Zeitzer Stiftsarchiv nachweisbar, vgl. Zeitz, Stiftsbibliothek und Stiftsarchiv, Registratura Großhans, 2° Ms. chart. ct. pg., S. 51, Nr. 1. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, III d Nr. 15, Kopialbuch III, fol. 4r (16. Jh.) (B), Überschrift: Die stiftunge der pfarrei zu Zwickaw. — Handschriftliches Regest nach Original: Zeitz, Stiftsbibliothek und Stiftsarchiv, Registratura Großhans (s. o.) Literae fundacionis abbatiae Posaviensis, scilicet Theoderici episcopi Numburgensis, in quibus profitetur, se ad petitionem illustris comitissae Berchtildis parrochiale ecclesiam, in territorio Zwickaviensi sitam, in honorem sanctae Mariae virginis, consecrasse et postea eam assentiente comite et comitissa fratribus Posaviensibus assignasse. Dat. in Posau, cal. maii ao. 1118. — Edition: Schlegel, *De nummis antiquis*, S. 147–150; Mencke, *Scriptores Rer. Germ.* III, Sp. 1008–1111, Nr. 5; Schamel, *Kurtze historische Beschreibung*, S. 5 f.; Otto/Schamel/Reyher, *Thuringia sacra*, S. 626 f.; Schöttgen/Kreysig, *Dipl. II*, S. 418 f., Nr. 1; Hildebrand, *Hauptkirche St. Mariä zu Zwickau*, S. 12 f.; Herzog, *Chronik II*, S. 17; CDS I/A, Bd. 2, S. 45, Nr. 53; UB Hochstift Naumburg I, S. 101 f., Nr. 116. — Regest: Georgisch, *Regesta I*, Sp. 506, Nr. 6 (II); Schultes, *Directorium dipl.* I, S. 245–247; Dobenecker I, S. 237, Nr. 1130. — Zur Sache: Bönhoff, *Gau Zwickau*, S. 241–295; ders., *Gauparochie Zwickau*, S. 70; Kahleyß, *Bürger und Kirche*, S. 49 f.*

In nomine domini. Theodericus dei gratia Numburgensis episcopus. Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod petente Berchta^{a)} illustri comitissa in territorio eius Zwickaw ecclesiam parrochiale in honorem beate Marie virginis consecravimus et eandem ipsius donacionem assentiente Sizzone comite et ceteris eius heredibus Bussawie^{b)} fratribus, qui signaculum nostrum sunt in domino, cum dote sua scilicet duobus mansis et teloneo^{c)} Bohemico XV libras annuatim solvente assignavimus, quatenus perpetuo tempore a sex fratribus inibi divina pro eius nostraque successorumque nostrorum memoria peragantur. Terminosque^{d)} parrochialis ecclesie eidem ab oriente rivulum Milsenam dictum a capite suo usque descensum eius in Muldam, a meridie montem Luderni et per transversum descensum Scurnice in Muldam collemque Recma, ab occidente fontem, qui Albo distudiniza^{e)} dicitur, descensumque in Plisnam, a septentrione fossam, que Hirsisprunck dicitur, et collem, qui Weydemannis sciets vocatur, prenotamus statuentes, ut prescripti termini in presenciarum culti, vel^{f)} in futurum perpetuo tempore colendi dimidiam decimacionem eisdem fratribus solvant et ecclesie in posterum intra^{g)} prefatos limites construende parrochie cum omni iure subiaceant, incole quoque decimacionem piscacionis atque venacionis, prout illustris comitissa eidem loco concessit, exhibeant. Acta sunt hec anno domini M^oC^oXVIII^o, I. maii in Bussawie^{b)} in conspectu divine maiestatis presentibus testibus Sizzone comite, Henrico comite, Conrado comite, Mactolffo preposito, Timone preposito, Richwino, Brungero^{h)}, Henrico canonicis, nobilibus Sieberto, Lufone, Wernhero de Cudicz, Heinricho cum Capite Nunster, Sigebotone, Johanne, Martino, Volquino et aliis.

a) Bertha in den zitierten Drucken b) Buszawie (B) c) theloneo (B) d) terminos propterea in den zitierten Drucken e) Albo distudinza bzw. Albodistudinza Schamel, *Kurtze Historische Beschreibung*;